

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XXVIII. Vtrüm Sigillum nudi Secreti, quod alicui comissum est, sit  
necessariò cela[n]dum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

POSTREMO, omnes Prælati & Superiores, à quibus pœnitēs, vel per se, vel per alium facultatē petit confitendi inferiori in casu reseruato. Nō licet enim illis manifestare, alij talem aliquē casum reseruatū. Omnes autem isti sub peccato mortali ad sigillū obligantur; sed non eodem modo. Laici enim in prædictis casibus reuelantes Confessionē, quamvis mortaliter peccent; nō sunt tamen habendi sacrilegi, nec incurruunt pœnas: Sacerdotes autem reuelantes Confessiones, quas audiunt, & sacrilegi sunt, & pœnas, contra reuelatores, à iure statutas, incurruunt.

Ratio cōstat; quia omnes illi tenētur Confessionem celare, per quorum detectionem redderetur odiosa, et ab ea homines retrahentur; sed si pœnitentes scirent aliquos tales posse licet Confessionem reuelare, cūm sciāt posse de facto multos ipsum confitentē audire, id timentes, nō ita auderēt confiteri.

*Estne Sigillū nudi Secreti, quod alicui Quæstio  
commissum est, necessariò celandū?* XXVIII.

*Respōsio.*

M<sup>A</sup>ximè, aliquot de causis:

PRIMO, quia iure naturæ tenemur proximum in fama non lādere. Iam si Sigillum Secreti temerē violaremus: continget sāpenumerò proximum suæ existimationis pati detrimentum.

SECVNDO, quia de iure naturæ te-

N 2

nemur

## *Caput VII. De Secreto seu Sigillo*

nemur esse fideles, seu fidelitatem proximo seruare; hanc autem non seruat, qui reuelat arcana sibi ab amico commissa.

**TERTIO**, quia de iure naturae tene-  
mur seruare promissum; sed in Secreti com-  
missione semper, vel tacite, vel expresse in-  
teruenit promissio eius, cui Secretum com-  
mittitur, aliudque non ipsi committeretur.

### *Quæstio XXIX.*

*Nunquamne licet Sigillum nude  
Secreti reuelare?*

**R**espōsio. **L**icitum est huiusmodi Sigillum aliquan-  
do reuelare, quando videlicet eius cela-  
tio vergit in perniciem Reipub. aut salutis  
corporalis ipsius committentis, aut eius, cui  
committitur, aut alterius. Huius limitatio-  
nis ratio est clara, quia in his casibus, in qui-  
bus non potest aliter prefatis damnis obvia-  
ri, nisi reuelando Secretum, cessat obligatio  
celandi.

Nec rationes, quæ in contrarium adduci  
possunt, ullam habent vim, quia fama pro-  
ximi postponenda est saluti Republice, aut  
alicuius alterius, maximè rei spiritualis. Fi-  
delitas autem tunc nō obligat; quia non di-  
citur quis perfidus per hoc, quod arcanum  
reuelat simpliciter; sed per hoc, quod tem-  
pore, & sine causa cogente reuelat.

Promissio etiam tunc cessat; quia nemo  
potuit se per promissionē cōtra Rēpubli-  
cam

cam obligare, aut cōtra salutem corporalem,  
aut spiritualem alicuius, ad quā charitas ipsa  
obligat.

*Quomodo differūt Sigillum Secreti com-  
missi, & Sigillum Confessionis.*

*Quæstio  
XXX.*

**H**OC interest inter Sigillum Secreti com-  
missi, & Sigillū Confessionis; quia hoc  
in nullo casu potest reuelari, saltem formaliter,  
dicendo per Confessionem hoc vel illud  
scio, nisi habita expressa licentia confitentis:  
Secretum verò nudum cōmissum, sāpe po-  
test reuelari ob caussam cogentē, sine licen-  
tia committentis.

*Respoſio:*

## C A P V T VIII.

### De Modo confitendi D E O.



V M interiorem peccato-  
rum Confessionem, quæ  
soli D E O fit, vtilem, et ne-  
cessariā esse pœnitenti, tū  
etiam piis omnibus, olim  
plurimū curæ fuisse, circa initium capitū  
secundi, per quæſtiones plures clarissimè p-  
batum sit; placet in gratiam eorū, qui coram

O ; D E O